



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Malvm Svmmi Mali Sive De infinita grauitate peccati mortalis Libri Qvinq[ve]

Pelecycus, Johannes

Monachii, 1615

XI. Homo scelere astrictus improbitatum suarum turpidinem, ignorantiaē  
velo tegere conatur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52025](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52025)

## CAPVT XI.

*Homo scelere astrictus flagitiorum suorum turpitudinem ignorantia velo tegere conatur.*

**N**on longum faciam : Cum impius ignorantiam in suis flagitiorumq; suorum atrocitatem quoq; vocat, benè & malè facit. Benè, si ignorantia, qua laborat, inuincibilis sit, eiusmodi scilicet, qua per eum nō stat, quominus illam, studio adhibito, superet, atq; adeo contrariā scientiam cognitionemue aquirat. hæc enim à peccato profus excusat, quandoquidem inuoluntaria est, diciturq; alio nomine inculpabilis. Malè verò, si ignorantia, qua sæpius laborat, vincibilis est, eiusmodi videlicet, qua per eum stat, quō minus res cognoscatur; siue quia dedita opera ignorare vult, quæ dicitur affe-

*Gregor. de  
Val.*

*To. 2. d. 11.*

*6. 9. 6. p. 1.*

etata; siue quia vim moraliter, &  
 ex intentione facilè posset, adhi-  
 bito aliquo studio, ad cognitio-  
 nem rei peruenire, negligit hoc  
 facere, & supina vel crassa dici-  
 tur; hæc enim à peccato non  
 excusat, sicuti neque à volunta-  
 rio. De ignorantia hac vniuer-  
 se generatimque sumpta hæc  
 sunt diuinæ scripturæ testimo-  
 nia. *Si anima nesciens peccauerit, Num. 15.*  
*offeret capram anniculam pro peccato 27.*  
*suo, & deprecabitur pro ea Sacerdos,*  
*quod inscia peccauerit coram Domi-*  
*no. Et: propterea captiuus ductus est Es.c. 5. 13.*  
*populus meus, quia non habuit scienti-*  
*am, & nobiles eius interierunt fame,*  
*& multitudo eius siti exaruit. propte-*  
*rea dilatauit infernus animam suam,*  
*& aperuit os suum absque ullo termi-*  
*no, & descenderunt fortes eius, & po-*  
*pulus eius, & sublimes gloriosiq; eius*  
*ad eum. Et: Nunc fratres scio, quia per Act. 3. 17.*  
*ignorantiam fecistis. Et: si cognouissent, 1. Cor. 2. 8.*

nunquam Dominū gloriæ crucifixi-  
 sent. De affectata deinde igno-  
 rantia hæc sunt. *Averterunt oculos*  
*Dan. 13. 9.* suos, ne videret cælum, neq; recorda-  
*Iob 21. 14.* tur iudiciorum in storiū. Et: scientiam  
*Ps. 35. 4.* viarum tuarum volumus. Et: noluit  
 intelligere, ut bene ageret; adeoq; fu-  
 git peccator bene monentē, pec-  
 cataq; in memoriam reuocantē,  
 vt fugit Elephas aquas, ne hor-  
 ribilem sui ipsius effigiem intue-  
 ri cogatur. Id indicat illa, cum sic  
*2. Reg. 17.* loquitur: *Quid mihi, & tibi vni*  
*18.* *ingressus es ad me, ut rememorarentur*  
*Ej. 30. 10.* *iniquitates meæ?* Dicit peccator vi-  
 dentibus nolite videre, & aspicienti-  
 bus nolite aspicere, loquimini mihi pla-  
 centia. De crassa illud è sacris lit-  
*Prov. 7. 21.* teris est: *Irretiuit eum* (crassè igno-  
 rantem) mulier ornata meretricis  
 multis sermonibus & blanditiis labi-  
 rum protraxit eum. Statim eam sequi-  
 tur quasi bos ductus ad victimam, &  
 quasi agnus lasciuens, & ignorans  
 quod ad v-  
 nec trans-  
 si suis fess-  
 quod de p-  
 lam cum  
 cibili fer-  
 latione  
 defenden-  
 cator, igit-  
 lum. Auc-  
 re, cum t-  
 tum, q-  
 anres: n-  
 peries ia-  
 Transfert  
 in pra-  
 PECCA-  
 zabe-  
 oculosq;  
 prauæ su-  
 in sui, sc-

quod ad vincula stultus trahatur, do-  
 nec transfigat sagitta iecur eius, vel  
 si quis festinet ad laqueum, & nescit  
 quod de periculo anime illius agitur.  
 lam cum impius ignorantia vin-  
 cibili serè semper labore, excu-  
 satione tamen illius tueri se &  
 defendere nititur. Ignorans o pec-  
 cator, ignorabitur, iuxta D. Pau-  
 lum. Audies, timeo, suo tempo-  
 re, cum tui similibus, verub du-  
 rum, quo tinnire solent ambæ  
 aures: nescio vos, clausamque re-  
 peries ianuam cœli.

1. Cor. 14.  
 38.

Mat. 25. 12.

## CAPVT XII.

Transfert nefastus improbitatem suam  
 in pravas voluntatis sue incli-  
 nationes.

**P**ECCATOR cum impia illa fe-  
 zabele caput suum ornans,  
 oculosq; stibio propensionum  
 pravae suae voluntatis inungens,  
 in sui, scelerumq; suorum defen-  
 sionem